Collectiuus/a/um.gadereth togyder.
Collectus/a/um.pti. o.s.
Collega ge.a felowe.id est socius qui cum alio mittitur ad pacem inter alios componendam. m.p
Collegia/gie.quoddam officium. f.p.
Collegiarius/est vnus ex talibus socijs. m.s.
Collegium/gij.est societas collegarum in vno honore positorum.a college. n.s.
Colletor/aris.i.simul letari vel gaudere. to Ioye togyder d.p.
Colleuo/as.i.simul leuare.cor.le a.p.
Collibentia/tie.i.obediẽtia vel cõsensus/vel placientia.or buxumnes. f.p.
Collibescentia/tie.idem est. f.p.
Collibeo/es.id est simul placere/vel obedire. a.s.
Collibero/ras.id est simul cum alijs liberare. a.p.
Collibertus/ti.i.cum alio libertus m.s.

C ante o.

Collubium/bij. dicitur paruum munuscu lum: vel anglice small thefte. n.s.
Collubista/ste. dicitur qui recipit collibia: vel que venit collubia. a receuer or a seller of theftes. m.t.
Collibo/as. simul vel cum alijs liberare. Tor/trix/et tio/verbale n.p.
Collibro/as. id est simul equare. to make euen togyder. a.p.
Collibrum est genus pecunie vel tota pecunia collibrata. an. peyse money. n.s.
Collicanus/ni. a dogges coler. m.s.
Collido/is/si. id est simul ledere: vulnerare/terrere/frangere/quassare. to hurte togyder. a.t.
Caligamen/inis. a myddel bande. n.t.
Calligo/ as. id est simul ligare: nectare. Tor/trix/et tio/verbale. producendo li. to knytte togyder a.p.
Colligo/gis/egi. id est congregare: corri. li. to gader togyder. a.t.
Collimino/nas. i. preparare. to hast. n.p.
Collimito/as. i. simul terminare. anglice to ende togyder. n.p.
Colliqueo/es. idest simul liquere. to melte togyder. a.s.
Colliquesco/cis: inchoatiuum. n.t
Colliquio/is. i. colliqueo/es. n.t.
Colliquo/as. i. simul liquare. n.p.
Colliquor/aris. i. simul liqui. d.p
Collirida/ de. a thynne shyue of brede or a cake. f.p.
Collirium/rij. id est quelibz vnctio: sed proprie est quoddam medicamentum ad sanandum egros oculos. n.s.
Collis/is. an hylle/or a lawe. m.t.
Colliculus. i. paruus collis m.s.
Collio/onis. anglice a hurtynge f.t.
Collisus/a/um. id est simul lesus. anglice hurted. o.s.
Collito/as. id est simul sacrificare. anglice. to do sacryfyce togyder. n.p.
Collineo/es. i. simul linere. n.s.
Collinesco/cis. inchoatiuum. n.t.
Colluuium/uij. anglice the wawynge of the water. n.s.
Collixo/as. i. simul lixare vel valde vel extra coquere. a.p.
Collobium/bij. anglice a mantell/or a tabarde/or a cloke. n.s.
Colloco/as. i. simul locare. Tor/trix/et tio verbale. atus/a/um. to set in place. a.p.
Colloquium/ ij. i. consilium simul locutio vel parlamentum. a spekynge togyder n.s.
Colloquor/ris. i. simul loqui. anglice speke togyder. p.t.

Colluctor/aris. i. simul luctari. Tor/trix ⁊ tio verbale. to wrastell togyder d.p.
Colluctatio/onis. simul luctatio. f.t.
Collucio/onis. i. simul lucere. n.s.
Colluceo/as. to derken n.s.
Collum/li. anglice a necke n.s.
Collulum/li. i. paruum collum: dimi. n.s.
Colluo/is/ui. id est simul luere/lauare/destruere vel sordes congregare. anglice to wasshe togyder n.t.
Collustro/as. id est simul lustrare. to compasse aboute. a.p
Collusio/ onis. est inter actorem et reum latens et fraudulenda conuentio. f.t.
Colluuies/ei. id est aquarum inundatio. anglice wawynge of the water. f.qn.
Colluuium/uij. idem est. n.s.
Colluuio/onis. idem est vel sordium collectio. f.t.
Celo/ as. i. purgare foras mittere liquescere eliquare prod. co. cum compositis. a.p.
Colo/is. to worshyp. a.t.
Colo/onis. anglice a tyller. m.t.
Coloma/me. id est calamus cum spica sua a stopell f.p.
Colomellus/li. anglice a tuske. n.s.
Collum grece. membrum latine. n. ind.
Colon vel colos. id est fel vel intestinum aliud.
Colonia/nie. id est proprium nomen ciuitatis vel regionis. colen f.p.
Colonus/ni. i. terre cultor. a tyller m.s.
Colosium/sij. a cake n.s.
Coloquintida/de. est genus herbe amarissime/or blossome. f.p.
Coloquintis/tidis. idem est: est cucurbita agresti. f t. vnus.
Agrestis tibi sit coloquintida / cucurbita lector.
Color/oris. a colour. m.s.
Coloro/as. angli. to colour. Tor/trix ⁊ tio verbale. a.p
Coliseum: est quidam locus rome vbi olim erant ymagines omnium prouinciarum. n.s.
Colosus/ si. id est aliqua res in memoriam alicuius mortui facta. Et dicitur colosus quasi colens ossa: vel vocatur statua marmorea et alta m.s.
Colosus a/um. anglice a thynge made of bones.
Colostrum/tri. quod ⁊ colastra dr. i. lac concretum in mammis: vel potius nouum lac/ quod statim primo mulgetur post fetum quod statim coagulatur. beestnynge. n.s.
Coluber/bri. est serpens nemoris eo quod colit vmbram. m.s. vnus.

ydrus ꝛ anguis aq̃ nemoris: coluber dra=
cho templi.
At serpens campo sicut testatur origo.
Colubra/bre.idem est. f.p.
Coluber ceruum fugit: leonem interficit.
Coluberculus culi.id est paruus coluber.
Inde colubrinus/na/num.idem. f.p.
Colum/li.est instrumentum per quod vi=
num fluit.anglice a clensynge syue n.s.
Colum etiam accipitur pro quodam co=
lore rethorico. n.s.
Columba/be(a douue) auis quedam ha=
bens septem ꝓprietates.Caret felle/ nul=
lum ledit/alienos pullos nutrit/ gemitum
pro cantu emittit/ iuxta fluuium moratur
granum eligit quod comedat/ in forami=
nibus petre nidificat. Significat etiã spi=
ritum sanctum. f.p.
Columbus/bi.idem est. m.s.
Columbar/aris.est latibulũ vel foramen
vbi nidificant columbe. a douues hole or
coote. n.t.
Columbar etiam dicitur quoddam gen⁹
vinculi.a collo:quia est aptum collo. n.t.
Columbaria sunt loca cõcaua in naui per
que remi emittuntur.an hole for an oore.
Columbin⁹/a/um.i.ptinẽs ad colũbũ.o.s
Columbin⁹/ni. quidam lapis a colore il=
lius auis sic dictus. m.s.
Columbina/ne. anglice columbayne. est
quedam herba. f.p.
Columbula/le.a lytell douue. f.p. vs.
Masq; columbus erit:muliebre columba
tenebit.
Columen/inis.alacritas/ fortitudo.angli
ce myghte/or strenghte n.t.
Columis/et hoc me. id est sanus/ alacer.
hole or sounde. o.t.
Columitas/tis.i.sanitas.helthfulnes.
Columna/ne.i.statua.a pyller. f.p.
Columpnaris et hoc re.pertinens. o.s.
Columnula/le.et columnella diminutiua
a lytell pyller. f.p.
Columelli/orũ.pluralis numeri. sunt den
tes qui canini dicuntur. m.s.
Colurus/ri.i. cauda bouis siluestris. an=
glice a wylde oxe tayle m.s.
Colus/li. the galle or the gutte or a thar=
me. f.s.
Colus/us/ui.a rocke or a dystaffe. f.q̃.vs.
Hec colus est extum/li.perficiens gñn.
Ac instrumentum colus est dans us/mu
lierum.
Colustrum/tri.bestynge or cuddys n.s.
Coma/me.proprie capilli mulierum. f.p.
Coma/atis.i.censura iudicum. f.t.

Itẽ coma ponit̃ p quodã colore rethori=
co et est punctũ cũ virgula sursum ducta
qñ nec sententia nec constructio est perfe
cta:et talis distinctio dr̃ suspensiua. n.t.
Comando/is.id est simul manducare.
Comarchus/chi.princeps super comites.
a prynce of erles m.s.
Comaticus/ci. id est versificator. anglice
a verse maker. m.s.
Comatim.fro heere to heere aduer.
Comatulus/a/um.diminutiuũ de coma/
me.a lytell heered. o.s.
Comatus/a/um.id est comas habens.an
glice heered. o.s.
Comata/te.est quedã gallia scʒ lombar=
dia q̃ comas solent nutrire f.p.
Combibo/is.to drynke togyder. n.t.
Comburo/uris/ussi.i. simul vrere vel ma
culare.to brenne. a.t.
Comedia/die.a towne songe.villanus cã=
tus/vel villana laus. f.p.
Comedus/a/um.q̃ comediã describit.o.s.
Comedic⁹/a/ um. ad comediã vel ad co=
medendũ ptinens vel delectabilis o.s.
Comedice.i.delectabiliter. aduer.
Comedo/onis.anglice a gloton. m.t.
Comedo/dis.penul.cor.for to ete. n.t.
Comes/itis.(an erle).nomen dignitatis.
Inuenit̃ et comes cois gñis p socio: et est
comes ꝓprie in itinere a cõmeando/ soci⁹
in periculo/ collega in officio.cõsors in p̃=
mio/sodalis in mensa. m.t.
Comesatio/ onis.i. cibus supfluus immo
derata comestio/debet scribi per vnum s/
etiam proferri. a superfluyte of mete/or
drynke. f.t.
Comestibilis/ꝛ hoc le.ptinẽs ad comestũ
Comestio/onis.etynge. f.t.
Comesor vel comestor.i.gulosus. m.t.
Cometa/te.vel cometis/tis.vel comete:ꝛ
est cometa quedam stella comata:et emit
tens de se radios flammarũ ad modũ cri=
nium. f.p.
Cometo/is/essui.i.simul metere. a.t.
Comicius/cij.i.morbus caducus. m.s.
Comicus/a/um.i.comedus vel facet⁹ vel
ad comediã pertinens. o.s.
Comino/as.to lede/or guyde.pð.mi.a.p
Cominor/aris.to threte or cõstrayne.cor.
mi. p.p.
Comis/et hoc me.suauis vel curialis vel
facetus. o.t.
Comisia/sie.sorte coorsnes of kynde.f.p.
Comisium/sij. makynge or turnynge of
heere. n.s.
Comitas/tis.i.curialitas vel suauitas.f.t.

Comitatus/us/ui.i.comitis dignitas. an
erldome. m.q̄.
Comitellus/li.i.paruus comes. m.ſ
Comitiſſa/ſe.i. vxor comit̄.an erles wyfe
or a countes. f.p.
Comitor/aris. anglice for to felowe or to
dwell with other / or for to kepe felaw=
ſhyppe. p.p.
Comitium/tij. eſt tempus in quo cōſules
eliguntur vel intronizantur:vel eſt ipa ele
ctio vel intronizatio.dicitur comitiū vel co
mitum placitum:quod multi comites fa=
ciunt. n.ſ.
Comitius/tij/vel comitialis.i. morbus ca
ducus vel paſſiuus. anglice the fallynge
euyll. m.ſ.
Comitulus/li.ꝛ comitellus.ambo dimi.i.
paruus comes m.ſ
Commanipularis ꝛ hoc re. quaſi cū alio
manipularis. o.t.
Cōmatris/tris.quaſi ſimul mater.anglice
a god moder. f.t.
Comeatus/us/ui. anglice a ſpēdynge in
the waye. m.q̄.
Comitatio:dr licēciatio vel recōmendatio
ſeu remuneratio. f.t.
Commemoratio/onis.a myndeor a thyn
kynge on.ſcilicet recordatio. f.p.
Commemoro/as.vel commemoror/aris.
to thynke togyder. a.p.
Commēdo/as.id eſt laudare in equiuocis
Tor/trix/ꝛ tio verbale. a.p.
Commendabilis ꝛ hoc le.anglice prayſa=
ble/or commendable. o.t.
Commendaticius/ca/cum.aliquis qui de
ſuo nobis aliquid dat. o.ſ.
Commēdaticia tie.eſt res que nobis/ꝛ no
ſtre tutele commendatur. f.p.
Commēdaticie littere ſunt dimiſſorie qui
bus clericus dimittitur ꝛ abſoluitur a po=
teſtate ſui epyſcopi in quibus prohibetur
de vita ꝛ ordinibus illius teſtimonium.
Commendatus/a/um.prayſed. o.ſ.
Commenda/de.eſt cuſtodia eccleſie alicui
commiſſa. f.p.
Commenta quoqꝫ dicuntur expoſitores:vt
commenta virgilij :ꝛ dicit̄ a comminiſcor
aris:qd eſt cū mēte fingere :vel recordari.
anglice comment. n.ſ.
Commētarienſis dr cuſtos in carcere po=
ſitoꝝ.anglice a Jayler. m.t.
Cōmētarius/a/ū. i. expoſitorius/a/ū.o.ſ.
Cōmētator/oris: q̄ cōmētū ꝯponit vel ſcri
bit:vel cōmētarij dr̄ res geſte. m.t.
Commentarium/rij. i. armariū vbi repo=
nuntur commenta. n.ſ.

C ante o.

Commentariolus/li.ꝛ commentariolum
li/diminutiuum.i.commentarius m.ſ.
Cōmenticius/cij.i.cōfictus/falſus/vel ex=
poſitori⁹ vel ad cōmentū ptinens. m.ſ.
Cōmentū/ti. dicitur omne fictum menda
ciū vel machinamētū vel fraus vel expoſi
tio verboꝝ iunctaꝝ non conſiderans: ſed
ſenſum.a comment or gloſe n.ſ.
Cōment⁹ a/um.ꝛ hoc cōmentū/ti.i.fraus
mendaciū machinamentū inuentū confi=
ctum compoſitū: vl' cōmentum eſt pluriū
ſtudio vel doctrina in mente habitoꝝ in
vnum collectio.a comment. o.ſ.
Cōmilito/as.i.cum alijs militare.anglice
to fyght togyder. n.p.
Commilito/onis.i.cū alijs militans.m.t.
Commentor / aris.i. cōmentū facere/vel
inuenire mendacia/exponere/componere
confringere/mentiri. d.p.
Commeditor/aris.id eſt ſimul modulare
putare:vel dulciter cantare. anglice to ſyn
ge togyder. d.p.
Commercor/aris.i.ſimul mercari/emere
vendere/vel nūdinare.to make marchaū
dyſe/or to feyres. d.p.
Commercium vna venditio ex rebus plu
ribus vel diuerſarum rerum cum cōmu=
tatio.chaungynge of marchaundyſe n.ſ.
Commergo/gis/ſi.i.ſimul mergere/depri=
mere.to drowne togyder. a.t.
Commerſor/aris.i. ſimul mereri. anglice
to deſerue togyder. d.p.
Cōmerito/as.i.ſimul meritare.idē. n.p.
Comeſo/as.i.nimis comedere. anglice
to ete moche. n.p.
Commeſor/aris.i.ſimul edere.to ete togy
der. d.p.
Commerx/cis.pti. commerito. anglice a
marchaundyſe. f.t.
Commino/ as.i. ſimul minare. prod. mi.
to conſtrayne togyder a.p.
Comminor/aris.i.ſimul minari.corri.mi.
to threten togyder. p.p.
Comminiſcor/ceris.i. cum mente fingere
or to bethynke. d.p.
Commiror/aris.i.ſimul mirari. prod. mi.
to merueyll togyder. d.p.
Comminus.i.iuxta ſine intermiſſione ſta
tim/fere: in preſenti/ ſimul ppe/ de proxi=
mo.anglice anone or haſtely. ad⁹.
Eminus a longe / ſed cominus ad prope
ſpectat.
Commiſceo/es.i.ſimul miſcere.anglice to
myngell togyder. n.ſ.
Cōmiſſa/e.i.ligatura/ꝯiūctura/vel ſcurra
byndynge/or a chyder. f.p.

Commissio/onis.a trespas. f.t.
Commissum.idē est.anglice a synne n.s.
Committo/tis/si.i.peccare.in equiuocis.
to trespasse/or to charge n.t.
Commissura/e.i.incastratura/ coniunctu
ra/ligatura. byndynge togyder f.p.
Cōmixtus/a/um.menged togyder. o.s.
Cōmixtio/onis.a medlynge togyder. f.t.
Commixtus/us/ui.idem est. m.q̄.
Commixtura/e.idem est f.p.
Cōmodo/as.to lene to profyte n.p.
Cōmodotarius.est ille cui res aliqua dat
vtenda/videlz ipsum cōmendatum m.s.
Cōmodatū/ti.est alicuius vel certe rei ad
aliquem specialem vsum gratuita conces
sio.a lenynge or borowynge. n.s.
Cōmodum/ di. dicitur vtilitas/ vel ille qd
commodatur. a profyte n.s.
Commodus/a/um.i.vtilis.pfitable . o.s.
Commolo/lis.i.simul molere/triticum cō
terere.to grynde n.t.
Commouetacio/cis.to lerne ofte. n.t.
Commoratio/ onis.i.mansio. anglice. a
dwellynge. f.t.
Commorior/ris.id est simul mori.anglice
to deye togyder. d.t.
Commoror/aris.i.simul morari.cor.mo.
vbiqz.to dwell togyder. d.p.
Cōmoueo/es.i.simul mouere.Tor/trix/&
tio verbale.to monysshe togyder. a.t.
Commulceo/es.i.simul mulgere. anglice
to mylke togyder a.t.
Communico/as.to make comun/or hou=
sell.Tor/trix/et tio/verbale a.p.
Communio/is/iui.idem est. a.q̄.
Cōmunio/onis.a comunynge/or a house
lynge. f.t.
Communis et hoc ne.anglice comyn.o.t.
Communiter.comynly. aduer.
Cōmunitas/atis.comonhede f.t.
Cōmutabilis et hoc le.chaungynge o.s.
Commuto/as.i. simul mutare. Tor/trix/
et tio/verbale.to chaunge n.p.
Como/as.i. formare cum forpicib9 splen
dere vel ornare.to enorne. a.p.
Como/is/si.to plane kembe. a.t.
Cōpactus/a/um.i.impulsus vel coniūct9
et cōformatus/conglutinatus. o.s.
Compages/gis.i.coniunctio. f.t.
Compago/inis.idem est.an engyn. f.t.
Compagines etiam vel compages/dicūt
capita ossium.the Joyntes. f.t.
Compagineus/a/um.Joynted. o.s.
Compagino/as.to Joyne togyder a.p.
Compatior/teris.i.simul pati/or to rewe
or suffer. d.t.

C ante o.

Compatiētia.reuthe.angli.cōpassion.f.p
Compaciscor/ris.to make forwarde.d.t.
Compar/ris. anglice euen. o.t.
Cōpareo es.to shewe forth.pdu.pa.n.s.
Comparo/as.i. simul parare vel emere.
In equiuocis.cor.pa. a.p.
Compassio/onis.anglice reuthe. vl' simul
passio/or compassyon. f.t.
Compassus/a/um. o.s.
Compater/tris.anglice.a godfader m.t
Compatriota/te.a countreman. cō.p.
Compedio/is.to fetter.Tor/trix/& tio ver
bale.i.incathenare. n.q̄.
Compego/is.i.cōiungere.to Joyne. a.t.
Compedo/dis.i.simul pedere.pō.pe.n.t.
Compello/is/li.i.constringere. anglice
to constrayne. a.t.
Compello/as.i.vocare.to calle a.p
Compendeo/es.i. simul pendere.anglice
to hange togyder. a.s
Compendiatio/onis.i.dilectio vel prolon
gatio.a prolongynge. f.t.
Compēdio/dis.to drawe on lēgthe. a.t.
Compēdiū/ij.qcqd est breue & vtile n.s.
Compendiosus/a/um.breuis & vtilis.
short and prouffitable. o.s. Vs.
De breuibus simulis vtilib9 cōpēdia dicas.
Longe vel vtilia dicas impendia vere
De breuibus & vtilibus cōpendia dicas.
Compendo/is.i.simul pendo vel reddo
to wythyelde/or hange a.t.
Compensatio/onis.a rewarde f.t.
Compenso/as. to rewarde or yelde. a.p.
Cōpensor/aris.to yelde gladly.Tor/trix/
et tio verbale. p.p.
Compertior/iris.i.simul partiri. to parte
togyder. p.q̄.
Comperhendino/as.id est morari cū ali=
quo per diem. n.p
Comperio/is/ui.i.inuenire vel cernere.to
fynde or beholde a.q̄.
Compes/edis.i.cathena.circa pedes a
fetter.cor.pe.in obliquis. m.t. Vs
Compedis/es dignus.quia compēdis ve
lut versus.
Compeditus/a/um. i. cū pede vel pedica
astrictus/incathenatus.fettered o.s.
Compesco/cis.inchoatiuum.i.refrenare.
to refrayne. a.t.
Competētia/e.i.cōueniētia vel concordā=
tia.a concordynge. f.p.
Competēs/tis.i.cōueniēs/cōcordās vel si
mul petens.accordynge. o.t.
Competo/is.i.simul petere/conuenire cō
cordare.cor.pe. a.t.
Compilo/as.id est contundere/rapere/su

rari/expoliare/pilos auferre/vel compila re: proprie est aliena dicta suis intermiscere. to compyle. ac.p.

Compilator / oris. est ille qui aliena dicta suis permiscet. a comppler. m.t.

Compitum/ti. est collectio multarum viarum. anglice. a gadrynge of many wayes. n.s.

Cõplector/ris. i. simul vtrisque brachijs cingere vel amplecti. d.t.

Cõpleo/es. i. aliquid perficere. to fulfyll. a.s

Completus/a/um. fulfylled. o.s.

Completorium/rij. anglice. complyn. n.s.

Complex/cis. assent to euyll. i. in malo cõsentiens. o.t.

Cõplexio onis. a cõplexion. est actus complectendi: vel color rethoricus. f.t

Cõplexus/us/ui. i. brachijs cinctus. m.q̃.

Cõplexionalis/ le. i. complexione participans vel dispositus. c.t.

Cõplexionalitas/tis. cõplexionatus/a/ũ. i. cõplexione participãs vel dispositus. f.t.

Complico/as. i. simul plicare. cor pli. Tor trix et tio verbale. to folde togyder. a.p.

Complicitas/ atis. accordynge bytwene two. i. cõcors dolositas inter duos vel plures in malo consensus. f.t.

Complaudo/is. i. simul plaudere vel insimul repercutere. i. manus claudere/ et sepe ponitur pro coniungere/vel concludere. a clappynge with handes n.t.

Complodo/is. to Joy with handes/ or to clap. i. coniungere vel concutere. n.t.

Complosus/ a/ um. coucussus vel cõiunctus. clapped togyder. o.s.

Complustrũ/tri. a cluster of nuttes. n.s.

Complutus/a/um. wete with rayne. pluuia irrigatus. o.s.

Compluuium est locus ad quem multe pluuie fluunt vel compluunt. n.s.

Compotio/is. i. inuestigare. to seke. a.q̃.

Compono/is. i. simul ponere/vel est statuere/ornare/contingere/pacificare/figere/instruere. to sette togyder. a.t.

Compos/ otis. i. competens assecutor sui voti cui omnia succedunt ad votum. o.t.

Compositio/onis. an ordynaunce or a statute. vel simul positio. f.t.

Compotista/ste. qui docet compotũ. c.p.

Compoto/ as. i. simul potare. produ. po. Tor/trix/et tio verbale. a.p.

Compotrix/cis. a counter. f.t.

Cõpotus. a counte/or a rekenynge m.s.

Cõpotor/oris. et cõpotrix. i. simul vel luxuriose potans. a dronckarde. m.t.

Cõpotator/ et cõpotatrix: idem est scilicet simul potans. to drynke togyder. m.t.

Comprehendo/dis. i. simul capere/vel aliquem capere. a.t.

Compromissarius : dicitur cui simpliciter vel ad tempus committitur vt eligat vice eorum qui compromittunt. m.s.

Comptus/ ta/tum. i. ornatus/planatus. a como/is. kempth. o.s.

Cõpũctio/onis. est pctõrum cũ merore recordatio. i. contritio. contrycyon. f.t.

Compunctus/a/um. i. simul punctus. o.s.

Cõpũgo/gis. i. simul pungere/cõmouere/vel mentẽ pungere pro pctis ac.t.

Cõpuro/ as. i. simul purare/ mũdare. pd. pu. to make clere togyder. ac.p.

Computreo/es. i. simul putrere. a.s.

Computresco/cis. inchoa.

Computo/as. a counte or reken. Tor/trix et tio verbale. a.p.

Cõputus/ti. a counte or a rekenyng. m.s.

Con. i. simul. togyder. ppõ.

Conamẽ/inis. i. nisus tẽptatio a fandyng or a constreynynge. vel fortitudo. n.t.

Conatus/us/ui. et conatus/ta/tum. idem sunt. i. nisus vel temptatus. m.q̃.

Conbibo/bis. i. simul bibere. cor. bi. n.t.

Concha/che. a shell of a fysshe. inuenitur etiam pro quodã vase terreo. et pro testa cuiusdam piscis. et pro ipso pisce f.p.

Conchile/lis. quidã piscis. a welke. vel cõchille/lis: idem est. a muscle. n.t.

Concalea/es. i. simul calere. a.s.

Cõcedo/dis. to graũt. i. simul cedere. a.t.

Consentio/tis. i. simul sentire. a.p.

Cõcenturio/is. to ordeyne togyder. n.q̃.

Cõcentus/us/ui. accorde of a songe. m.q̃.

Cõceptaculũ/li. locus cõceptionis. n.s.

Concepio/pis. to conceyue. a.t.

Cõceptio/onis. dicitur quasi simul captio f.t.

Concepto/as. i. sepe concipere.

Conceptus/us/ui. id est conceptio. anglice a concernynge. m.q̃.

Conceptus/a/um. id est simul captus. anglice conceyued. o.s.

Concerto/as. i. simul certare. Tor/ trix/et tio verbale. to stryue togyder. n.p.

Concessio/onis. a grauntynge. f.t.

Concidentia. a fallynge togyder. f.p.

Cõcido/ is. simul cadere. to fall togyder. caret supino. et cor. ci. n.t.

Concio/is. i. cõmouere/conuocare. anglice call togyder/or moue. a.t. sꝫ.

Concio cõmoueo cũ conuoco significabit.

Concio/onis. a company. f.t.

Cõcilogus/a/um. qui cõgregat cõsiliũ. o.s.

Conciliabulum. i. locus vbi capitur consiliũ. anglice. a parlyament. n.s.

Conciliarius/rij.a counceler. m.s.

Consiliator/oris.idem est. m.s.

Cōcilio/as.to cōuseyle or to mane frende

Concilium/lij.i.concio.a counseyll n.s.

Concilium per c/fit contio magnificorum
Consiliumq; per s/ incōsultus datur esse.

Concinne.anglice accordyngly. aduer.

Cōcinnare.i.ꝯmiscere vel aptare a.p.
Tu concinnare dic pro commisceo stare.
Ordino signare: componit vel reparare.

Conchilegus/legi.dr qui conchia legit.id est collegit.a taker of muskelles. m.s.

Concinnitas/atis.i.concordia cōgruitas anglice an accordaunce. f.p.

Cōcinnus/a/ū.i.ꝯcors effabilis benignus in q̄ mores concorditer compositi sunt. o.s.

Concionabulum/li.i.concilium vel locus conciliorum.a counseyll house. n.s.

Concionator/oris.i.allocutor. m.t.

Concionarius/rij.idem est.a reasoner.

Concinor/aris.to reason. Tor/trix/ ⁊ tio/ verbale. d.p.

Concipio pis.i.simul capio.Unde mulier dicitur a viro suo concipere/ vel est mente percipere vel intelligere. n.t. vs.
Cōcipit hoc mēte mulier sed cōcipit aluo.

Concipio/onis. cōcipiones sunt quedam stelle q̄ ꝯcipientibus aptant et fauēt. f.t.

Concisio/onis. quasi simul cisus. anglice a cuttynge togyder. f.t.

Concisus/a/um.pti.cutte togyder. o.s.

Cōcitatio/onis.i.iracundia. f.t.

Cōcitariū/rij.est domus imperatoris. n.s.

Cōcito/as.i.verberare vel clamare.to cry.

Cōcitus/a/um.i.velox et cōmotus. o.s.

Conclaua/ue.interior cella. f.p.

Conclaue/is.a preuy cell. n.t.

Conclauis/uis.idem est. f.t. vs.
Secretus thalamus recte cōclaue vocetur
Ad quē p multas ꝯclaues accēsus habet
Cōclauis necnon sensu reperitur eodem.

Cōclauo/as.i.aliquos ꝯuocare.Tor/trix/ et tio verbale.to calle rogyder. n.p.

Cōclaudo.id est simul claudere.to shytte togyder. n.t.

Conclino/as.i. simul clinare. to clyne to gyder.penul.produ. n.p.

Cōcludo/is.i.simul claudere vel argumē tando superare.to conclude. a.t.

Conclusio/onis.a conclusyon. f.t.

Conclusus/a/um concluded. o.s.

Concordantia/ tie.i.concordia. a concordaunce/or accordynge. f.p.

Cōcordans/tis.i.concors.accordyng.o.t

Concordia/die.anglice accorde.vel est color rethoricus. f.p

Concordo/as.to accorde.Tor/trix/ ⁊ tio/ verbale.atus/ata/atum.accorded/or made at one. a.p.

Concors/dis.accordynge. quasi vnius et eiusdem cordis. o.t.

Concordiosus/a/um.pertinens. o.s.

Concorditer aduerbium. accordyngly.

Concremo/as.i.simul cremare.Tor/trix et tio verbale.atus/ata/atum. a.p.

Concrepo/as.i.simul sonare. Tor/trix/et tio verbale.to sounde togyder. n.p.
Cōcrepo stare sono ter recto carmie dico.

Concrepantia/tie.i.concordantia. f.p.

Concretus/a/um.crudded or melde. o.s.

Concretus a cresco/is.i. coagulatus vel cō mixtus crescendo vel simul cretus. p.p̄.

Concretus/a/um: concerno.id est cōiunctus/conglabatus.Ioyned. o.s.

Concuba/be.q̄ vel que cū alio cubit vel cubat.that slepeth by an other. c.p.

Cōcubina: est que ad vsum veneris nō legittime tenetur.i.amasia.a lemman. f.p

Concubinula:est parua concubina diminutiuum.a prety lemman. f.p.

Concubinalis/ et hoc le. cōcubinarius/a/ um.quod ad concubinā pertinet. o.t.

Cōcubinatus/us/ui.talis ꝓprietas. m.q̄.

Concutio/tis/cussi/tere.i.simul cutere per cutere.to smyte togyder. a.t.

Concussio/onis.i.ꝑcussio. smytynge. f.t.

Cōcudo/is/cudi.i.simul fabricare/ polire sculpere.to smyte togyder. a.t.

Concula/le.i.parua concha.a shell. f.p.

Conculcatio/onis.defoulynge. f.t.

Conculco/as.to defoule.Tor/trix/ et tio/ verbale.atus/a/um.i.suppeditare a.p.

Concumbo/bis/bui.et concūbo/as.i.coire vel simul iacere.to lye togyder. n.t.

Concupio/pis/piui.i.simul cupere/corri. cu.to coueyte/or to desyre. n.t.

Concupiscentia/tie.id est cupido. anglice a coueytynge. f.p.

Concupisco/cis.i.incipere cupere. inchoatiuum.to begyn to coueyte.

Concurro /ris.i.simul currere. anglice to renne togyder. n.t.

Concurso/as.idem frequentatiuū. n.p.

Concursus/us/ui. anglice a raunynge or the wauynge of a daye. m.q̄.

Conchus conchi.anglice a stone founden in a shelle. m.s.

Concussus/a/um.i.simul cussus. o.s.

Condeclino/as.i.cum alijs/ vel totum declino.Conclino.idē.i.simul clinare a.p.

Condensitas/tis.anglice thyckenes f.t.

Condenso/as.i.densum facere. Tor/trix/

et tio verbale.atus/ata/atum a.p.
Condensus/a/um.anglice thycke. o.s
Conditio/onis.angl'.lowe or cōtenaūce/ or sauerynge.i.fortuna/or condycyō. f.t.
Conditionalis ⁊ hoc le.anglice.lowly.o.t.
Condico cis.i.simul dicere/statuere/dicernere/spondere. pro.di.anglice to ordeyne or say togyder. a.t.
Condictū/cti.i.pactū vel est sermo cōis. a commaundement. n.s.
Condignus/na/num.id est simul dignus. anglice worthy. o.s.
Condilomata/te. est quoddā genus glandium instar nodoꝝ munitoꝝ. f.p.
Condilomatus.anglice.a knockle. m.s.
Condilomaticus/a/um.i.nodus pustulosus.vnde cōdilomatica passio dicitur manuum nodositas: vel etiā alioꝝ mēbroꝝ que plena sunt pustulis. o.s.
Condilus/li.i.nodus ⁊ precipue qui apparet in articulis digitoꝝ pugno clauso. anglice.a knockle. m.s.
Condimētū/ti.anglice a sawce. n.s.
Condio/is/iui/ire.i.dulcorare/saporare. to salte or spyce the mete n.q̄.
Conditor/oris. a maker. factor/actor/vel etiam absconditor. m.t. ꝟᵖ.
Conditor abscōdit ꝯditor fercula condit.
Condiolum/li.i.anulus.a rynge. n.s.
Conditus/a/ū.made.i.factus/edificatus cōstructus/cōstitutus/vel abscōditus media cor.venit a condo/dis. p.p̄.
Conditus/a/um:media produ. venit a cōdio/dis/ire.idem est quod salsus vel cōdimentis preparatus. p.p̄.
Condo/is/didi.id est facere/edificare/cōstruere.In equiuocis.
Condo.a swerde man.i.gladiator. m.t
Condoleo/es.i.cum alijs dolere/compati to sorowe togyder. n.s.
Condolesco/cis.inchoatiuū.idem. n.s
Condolium/lij.i.anulus/a condo/is. anglice a rynge. n.t.
Condomo/as.i.simul domare. Tor/trix/ ⁊ tio verbale.atus/ata/atum. a.p.
Condono/as.i.simul donare vel remittere/ignoscere.to forgyue. a.p
Conducium/cij.a wardon n.s.
Conducius/cij.a wardone tree. f.s.
Conduco/cis.i.simul ducere. Tor/trix/et tio verbale. to lede togyder. a.p
Condulus.est quoddā genus ciphi. m.s.
Conduplicatio.a maner of speche. f.t.
Conduplico/as.i.simul duplicare.to double togyder. a.p.
Conduro/as.id est simul durare. pro. du. to make harde togyder. a.p.
Condus/di.i.ciphus.a cuppe m.s.
Confectio/onis. a menglynge togyder.⁊ dicitur omne illud quod conficitur. f.t.
Cōfectus/a/um.cōmixtus mengled. o.s.
Confedero/as.i.coniungere vel colligere anglice to Joyne togyder. a.p.
Cōfedo/as.i.simul fedare/deturpare.anglice.to make styncke togyder. a.p.
Cōfenero/as.i.simul fenerare. to oker.
Confeneror/aris.idem est. d.p.
Conferueo/es.i.simul feruere. to be hote et caret supino. n.s.
Confercio/is.i.conspissare/constipare/replere/farcire. anglice blowe togyder/or to stoppe/or to farce. a.q̄.
Confero/fers/tuli.donare loqui vel perficere.anglice.to brynge togyder. a.cō.
Confertus/a/um.i.spissus/cōstipatus vel repletus.anglice fylled. o.s.
Confedustus/a/um.in eodē federe cum alio coniūctus scꝫ socius consors/cōmanipularius/consodalis/collateralis/concomes/collega/consocius/cōtubernio/concubinarius/cōuictuarius/collaterensis.a confero/as. o.s.
Confessio/onis.shryuynge. f.t.
Confessor/oris.anglice.a gostlyfader.f.t.
Confestim.i.statim.anone. aduer.
Confibulo/as.id est simul fibulare:vel ligare. Tor/trix/ et tio/verbale. anglice to bynde togyder.
Cōficio/cis/ctū.i.simul facere/cōmittere/ sacrare.in equiuocis.to mēgle togyder. a.t
Confidentia/tie.anglice truste. f.p.
Confidens/tis. trusty. f.t.
Confideratio/onis.byndynge. f.t.
Confidero/as. to bynde a.p.
Confido/is.confisus sum.to truste. verbū neutropassiuū.pdu.fi. a.t.
Confiducio/as.i.fiduciam dare: vel securitatem.to truste. a.p.
Cōfiguro/as.i.formā silem facere. a.p.
Configo/is/xi.id est simul figere.anglice to stycke. n.t.
Cōfido/is/idi.i.simul findere/scindere.a.t
Confinis/nis.of one ende.id est vicinus/ or neyghboure c.t.
Confinitas/atis.i.vicinitas. f.t.
Cōfiniū/nij.est locus vbi fines duaꝝ terraꝝ cōueniūt.the costes of.ij.landes. n.s.
Confirmatio/onis.confermynge. f.t.
Confirmare.to conferme. Tor/trix/ ⁊ tio verbale. a.p.
Confio/fis.to be made out. a.q̄.
Confiscator/oris.an enchauntour. n.t.

Confiscarius/rij.idem est. m.s.
Cōfisco/as.i.in manū dñi regis assumere to eschete/or sele n.p
Confiscor/aris.idem est. d.p.
Confiteor/eris.i.corde et ore fateri vel spō te manifestare. d.s. p°.
Confiteor sponte fateor mea facta coacte
Conflages.an hylly place. sunt loca mon tuosa in qua vndiqz flant venti f.t.
Conflagro/as.me. cor.i.sil' flagrare.a.p.
Conflatio/ conflactorium, anglice a mel= tynge place. n.s.
Conflator/ris.a melter. m.s.
Conflicto/as.est frequentatiuū de confli= go/gis.i.bellare.to stryue n.p.
Conflictor/aris.to stryue d.p.
Conflictus/us/ui.i. bellū. bataylle/or fyghtynge/or stryfe m.q.
Confligo/gis/xi.i. punire/simul pugnare contendere/ deuastare. pdu. fli. anglice to punysshe/or stryue n.t.
Conflo/as.i.simul flare/mutare/cōsume re vel fundere aurum vel aliud metallum ad aliquod faciendum.anglice.to melte/ or to blowe togyder a.p.
Confloreo es.i.simul florere/virere splen dere. pdu.flo.to flourysshe n.s.
Confloresco/cis.inchoatiuū.incipere/ flo rere.to begynne to florysshe n.s.
Confluges. sunt loca in quo diuersi riui fluunt. f.t.
Cōfluo/is/xi. id est simul fluere. anglice to flowe togyder. a.t.
Confodio/ dis. id est simul fodere. corri. fo.in presenti. et pdu. in preterito.to delue togyder. a.t.
Conformis/et hoc me.est similis et eiusdē forme.of one shappe o.t.
Conformitas/atis.anglice.a shappe/or a lykenesse a.t.
Conformiter.lykely aduer.
Conformito/as.to conforme a.p.
Conformo/as.i.simul formare aliquid si milem facere.to make lyke a.p.
Confossus/a/ um. delued togyder. q̄si si= mul fossus/ioculatus/vulnerat9 o.s.
Confotus/ a/ um.i.simul fotus. a confo= ueo es.nourysshed togyder p.p.
Confoueo/es/oui/otū.i.simul fouere/ nu trire. pō.fo.to nourysshe togyder. a.s.
Cōfrago/as.i.simul fragare pō.fra. a.p.
Confragus/a/um.i.tenebrosus/ tumulo= sus/vel potius asper et spissus condensa= tus confractione ramorum aridorum o.s.
Confragiosus/a/um.idem est. o.s.
Confraga dicuntur loca vbi vndiqz ven= ti currunt et frangunt se. n.s.
Confractus/a/um.i.simul fractus o.s
Confractio/onis.i.fractura.a brekynge
Confractura/re.idem est. f.p
Confrater/tris. i. simul frater. et dicuntur cōfratres quasi simul fratres. siue in eccle sia siue in alio loco vel consortatio siue etiā secundum carnem. m.t
Confratissa/e.i.consoror/vel congregatio fratrum vel sororum. f.p.
Confremo/is.i. simul fremere/murmura re/tumultuare.cor.fre.anglice to grudge togyder. n.t.
Confremisco/cis.inchoatiuū.idem n.t
Confrendo/es.i.dētibus concutere. a.s
Confreno/as.i.simul frenare. produ.fre. Tor/trix/et tio verbale. a.p
Confresus/a/ū.i. simul fractus, or defou led.contritus/concussus. o.s
Confrico/as.i.simul fricare. Tor/trix/et tio verbale.to robbe togyder a.p.
Confrigo/gis/xi.to frye togyder. n.t
Confrigeo/es/ui.i.simul frigere n.s.
Confringo/is/egi.i.simul frangere a.t.
Confuga/e.i.simul cum alio fugiens.c.p.
Confugella/le.est diminutiuum f.p.
Confugio/gis.i.simul fugere/vel aliquid causa securitatis et auxilij fugere. cor.fu.in presenti.sed produ.in preterito. a.t.
Confugiū. est securitas/vel tutela/vel ad iutoriū/vel locus refugij.sykernes n.s.
Confugo/as.i.simul fugare, cor.fu. Tor/ trix/et tio/verbale. n.p
Confulcio/cis/ci vel ciui.fultum/vel citū. id est sustentare/confulcare a.q.
Confundo/dis/si/sum.i.cōmiscere/cōfuta re/conuincere/arguere a.t.
Confusio/onis.confusyon or reprefe. f.t
Confusus/a/ū. confused or ashamed.o.s.
Confusco/as.i.simul fuscare. Tor/trix/et tio verbale.to make yelowe. a.p
Confuto/as.i.arguere/cōuicere/vel cōfū dere.to confuse. a.p.
Confutatio/onis.a confusyon. f.t.
Congaudeo/es. id est simul gaudere. to ioye togyder. neutropassiuū.
Congelo/as. i. simul gelare. cor.ge.mare congellauit.to frese togyder. n.p.
Congelasco/cis.inchoatiuum n.t.
Congelatus/a/um.perti.frosen. o.s.
Congemino/as.i.simul duplicare.anglice to make dowble.togyder. a.p.
Congemo/is/ui. i. simul gemitum facere cor.ge.to syghe togyder n.t
Cogemisco/cis.inchoatiuum m.t.
Congenerare. i. simul generare.anglice.

to gender togyder. a.p.
Conger vel cõgrus. est genus piscis silis anguille. anglice a congre. m.s.
Congeries/ei.i.cumulus. anglice. a hepe of stones. f.q.
Congero/ris/gessi.i. cõgregare/accumulare/vel simul gerere.cor.ge. a.t.
Congesto/as.frequentatiuum. a.p.
Congestus/a/um.i. cõgregatus/accumulatus. anglice heeped o.s.
Congestus/us/ui.i. cõgeries/accumulatio. anglice a heepe m.q.
Congialis & hoc congiale.i.rotundum. rounde. o.t.
Congialitas. id est rotunditas. anglice. a roundenesse f.t.
Congiarium. id est beneficiũ donatio imperatoris vel frustrũ carnis vndiq3 equatum. n.s.
Congio/gis.to waxe euen. a.t.
Congius congij est quedã mẽsura scilicet sex sextariorum. m.s.
Conglobo/as.to heep.cor.glo. a.p.
Conglomero/as.& conglomino/as.idem sunt.to wynde togyder a.p.
Conglutino/tis.i.simul glutio. anglice to swalowe togyder a.p
Conglutinatio/onis. anglice. a glewynge togyder. f.t.
Cõglutino/as. anglice to glewe togyder Tor/trix/& tio verbale. a.p.
Conglutinatus/a/um. anglice glewed togyder p.p.
Cõgradior/eris.i.simul gradi vel cõfligere. anglice to go togyder d.t
Congrado/as.i.simul gradare a.p
Congratulatio/onis.a thankynge. f.t
Congratulator/aris.i. gaudere/vel grãs agere.to be thanke full. d.p
Congregor/aris.i. simul gregari loqui vt grecus. anglice to speke greke d.p
Congregatio/onis. id est adunatio.a congregacyon f.t.
Congrego/gas.id est coadunare.cor.gre. to gader togyder a.p
Congremio/as. id est simul gremiare gremium facere a.p.
Congruo/is.i. cõuenire/cõcordare. caret supino. anglice to accorde a.t
Congruit cõgruebat.it accordeth.i.perso.
Congruitas/atis. anglice accordynge.f.t.
Congruentia/e.accordynge f.p.
Congruus/a/ũ.id est conueniens. anglice accordynge. o.s.
Cõhibentia.i.assensus.buxumnes. f.p
Cõhibeo.i.cohercere refrenare constringere claudere assentire vel obedire m.s
Cõicio/icis/ieci.i.simul iacere vl' cõiter est estimare/opinari/cogitare/vel ppendere. to trowe or thynke. a.t
Conieco/as.i.simul iacere. vt s. or to trow. or thynke togyder. a.p.
Coniector/aris.i.estimator vel opinator. anglice a trower m.t.
Coniectura/e.i.iudicium suspicio/opinio/ suspiciosa cogitatio vel estimatio. anglice a trowynge f.p.
Cõiecturo/as.to vndo. vl' opinari. anglice to trowe. n.p
Coniecturalis & hoc le. quod coniectura aliqua perpenditur vel habetur. consyderynge or trowynge o.t
Coniecturaliter.i.opinatiue aduer.
Conifer/a/ũ.id est ferens conos. anglice a coppe berer pe.cor. o.s.
Coniubilatio/onis.a Joynge togyder.f.p
Cõiubilo/as.idest simul iubilare. Tor/trix & tio verbale. anglice to Joye n.p.
Cõiugalis & hoc le. ptinẽs ad cõiugiũ.o.t.
Coniugium / gij.id est matrimonium. anglice a wedlocke. & est vnum de septem sacramentis. n.s.
Coniugus/a/um.id est eiusdẽ iugi vel sub eodem iugo positus. anglice of one yoke o.s.
Coniunctio/onis. a Joynynge togyder vel est quedam pars orationis f.t.
Coniunctura/re. idem est vel est dijudicatio suspiciosa f.p.
Coniungo/is/xi/ctum.id est simul iũgere. Tor/trix/& tio verbale a.t.
Coniunctus/a/um.ioyned p.p.
Coniunx/cõiugis. vir vel mulier matrimonialiter coniunctus. c.t.
Connectio/onis.a byndynge togyder.f.t
Cõnecto/is/xi/vel xui. to bynde togyder Tor/trix/& tio verbale. a.t
Connexo/as.id est simul nectere. anglice. to knyt togyder a.p.
Connexus/us/ui.idẽ est q' cõnectio. m.q.
Conniueo/es.cõniuo/is/iui vel nexi caret supino. id est oculos claudere. vel palpebras iungere & quandoq3 ponitur pro assentire. to assente or to wynke wyth the eye. a.s.
Connitor/eris nisus sum vel nitus sum. simul laborare vel gradi.pro.ni. d.t
Connubium bij.i.nuptie. anglice mariage a weddynge n.s.
Connubo/bis nupsi.i.simul nubere.& pertinet ad feminam. n.t.
Connubulo/as.i.simul nubulare a.p.

Connugor/aris.i.simul nugas facere pro
du.nu.to lye togyder d.p.
Connumero/as.i.simul nūerare vel cōpu
tare.Tor/trix/⁊ tio verbale. a.p
Connuo.i.simul nuere vel annuere. n.t
Conon grece. a shape brode or roundnes
Conopeū/ei. a flye nette. rete quo culices
vel musce excluduntur n.s.
Conor/aris.angli.to constrayne/or fande
Tor/trix/⁊ tio verbale d.p.
Conquero/is/siui/sitū.i.sil' querere/inuesti
gare petere vel interrogare.to seke. a.t
Cōqueror/ris/q̄stus sū.angli.to playne.i.
qn̄ aliq̄s querit vt faciat vindictā. d.t.
Conquerens/tis.playnynge. p.ph.
Conquieo/es.i.simul quiere. a.s.
Conquiesco/cis.inchoa.simul quiescere.
Conrogo/as.i.congregare vel iniuria etiā
corrogare.idem. a.p.
Consanguinitas/atis.i.affinitas. anglice
kynne of one blode. f.t.
Consāguineus/a/ū.quasi eiusdē sāguinis
anglice a cosyne o.s.
Consendo/is.i.simul scandere n.t
Conscientia/e.i.cognitio cordis suspsius
a knowynge or a consyence f.p.
Conscio/is.i.malū in se scire a.q̄.
Consciētiosus/a/ū.i.plenus cōsciētie. o.s.
Conscio/onis.i.societas.a company f.t.
Conscius/a/ū.i.reus.anglice gytly. o.s.
Conseco/as.simul secare.cor.se. a.p
Cōsecro/as.to halowe.Tor/trix/⁊ tio ver
bale.i.deo dare vel saciare a.p
Consector/aris.i.simul sectari d.p
Consectaneus/a/um.qui simul sectatr vel
eiusdē secte.of one secte d.p.
Consemino/as.id est seminare/vel serere
Tor/trix/⁊ tio verbale. anglice to sowe
togyder. a.p.
Consentio/tis.i.simul sentire vel prebere
anglice to consent togyder a.q̄
Consentiens/tis. anglice consentynge
togyder. o.t.
Consensus/us/ui.consentynge m.q̄.
Consentaneus/a/um.q̄ facile ꝯsentit/vel
cōueniēs cōgruus.assentynge. o.s.
Consentes pluralis numeri sūt dij sibi vel
binos consentientes vel consentes quasi
coessentes m.t
Cōsepelio/is/iui.i.simul sepelire. anglice
to bury togyder a.q̄.
Consepio/is/sepsi vel sepiui.i.simul sepere.
Tor/trix/⁊ tio verbale a.q̄
Conseptum/ti.id est locus conclusus.an-
glice a close n.s.
Cosseptus/a/um.i.vallatus o.s.

Consequentia/e.a consequence f.p.
Consequela/le.idem est f.p.
Consequens/tis.i.simul sequens o.t.
Consequor/ris.i.simul sequi vel sequēdo
adipisci. d.t
Consero/ris/erui/ertum.id est cōmittere
coniungere.vel ordinare. a.t.
Consero/ris/cōseui/consitum.i.plantare
simul serere. n.q̄.
Consero as/aui.id est simul serare.cor.se.
to loke togyder n.p.
Consesco/cis.inchoatiuum pro cōsidesco.
id est sepe sedere.
Conseruo/is/iui.i.simul senire vel insani-
re pro.se.
Consibulo/as.id est simul sonare sicut ser
pentes. a.p.
Consideo/es.id est simul sedere. to syt
togyder. n.s
Considero/as.i.ꝓspicere ⁊ ꝓprie celestia.
Tor/trix/⁊ tio verbale a.p
Consideratio ⁊ consideratiuus f.t.
Consido/is.to cast downe a.t.
Consignifico/as.i.simul significare a.p
Consigno/as.i.simul signare. Tor/trix/et
tio verbale.atus/a/um. anglice/to make
togyder. a.p.
Consiliarius/rij.anglice a conseller.i.secre
tarius. m.s.
Consiliarius/a/um.pti.consilio. o.s.
Consiliator/oris.a counseller m.t.
Consilio/as.i.amicū cōcordē facere cōiū-
gere vel sociare.to counsell. a.p
Consilior/aris.i.consiliū querere iudicare
vel voluere.to aske counsell d.p.
Consilium/lij.anglice counsell n.s.
Consiliolum/li.i.paruū cōsiliū n.s.
Consiliatorium/rij.est locus consiliorum.
anglice a place of counsell n.s.
Consimulo/as.i.similem facere. Tor/trix/
⁊ tio verbale. a.p.
Consimilis ⁊ hoc/e.semblable/lyke. o.t.
Consimiliter.semblably/lykely aduer.
Consino/is/sini/vel sīj.i.simul icipere peri
mittere/dimittere/finire. cor.si. in pñti in
supino.sed in preterito pro. a.q̄.
Cōsipo/as.i.simul sipare.spgere.cor.si.a.p
Consisto/tis.steti caret supino.i.simul ma
nere/sistere/statuere/firmare/stabilire.to
abyde/or to fasten. n.t.
Consistoriū/rij.i.porticus/vel vestibulum
locus ad consistendum. n.s.
Consitus/a/um.i.plātus.plāted/or set.o.s
Consobrina/e.est filia sororis vel fratris.
tamē pro filia auunculi repentur f.p
Cōsobrinus/ni.an aūtes sone/or a systers

sone. Sobrinus/ni. idem est. m.s.
Consolida: est quedā herba. gumfre. f.p.
Consolido. to make stronge/or sad. a.p.
Consolamen/inis. i. adiutoriū. n.t.
Consolatio/onis. idem est. helpe. f.t.
Consolor/aris. to conforte. Tor/trix/et/tio verbale. d.p.h°.
Dicito/consolor/prestolor/simul adulor.
Consonans/tis. a sownynge togyder. o.t
Consonantia/e. a sownynge togyder. f.p
Consonus/a/um. et consonans/tis. id est simul sonans. to sowne togyder. o.s.
Consono/as. i. concordare/simul sonare. to sounde/or accorde togyder. n.p.
Consopio/is/iui. i. simul dormire/leuiter dormire/etiam est facere dormire. an. to slommer togyder/or slepe. a.q̄.
Consorbeo/es/ui. id est deglutire. anglice to choke. a.s.
Consorbeo/is/bui. vel sorpsi/sorptum. vel bitum. anglice to suppe. n.t
Consortior/tiris. id est per sortem diuidere. anglice to caste lotte. d.q̄.
Consorciū/cij. i. societas. felawshyp. n.s.
Consors/tis. id est particeps. anglice a felawe by lotte. c.t.
Conspergo/is/si. to sprynkle togyder. n.t.
Conspersio/onis. dicitur farina mixta cuz aqua absq3 fermento. f.t.
Conspersus/a/um. infusus/repletus. anglice mengled togyder. o.s.
Conspicax/cis. subtyll of lokynge. o.t
Conspicabundus/a/um. i. decorus. o.s.
Conspicillum/li. locus ad concupiscēdum aptus. a place to loke to/or at. n.s.
Conspicio/cis/spexi. i. simul aspicere. cor. spi. to beholde a.t.
Conspicor/aris. i. aspicio videre. med. cor. beholde. d.p.
Cōspicor/aris. to glene. prod. spi. d.p.h°.
Conspicor vt videam/ conspicor colligo spicas.
Dū ego conspicor de piscis colligo grana
Dispicor ac proprie dico cum specto deorsum.
Conspico/as. id est spicas colligere. prod. spi. to glene. a.p.
Conspicuus/a/um. id est clarus vel luminis receptiuus. anglice clere or to apte receyue lyght. o.s.
Conspicatia/e. et hec conspicacitas/tis. id est species/vel subtilitas/vel altitudo vidēdi. a subtylyte of syght. f.p.
Conspino/as. i. spinis pungere. anglice to prycke with thornes. a.p.
Conspiro/as. i. simul spirare fauere. i. mortem spicare/vel iurare inique. anglice to conspyre dethe. a.p.
Conspiratio. est quedam fraudulenta cōfederatio facta in preiudiciū alicui° persone vel dignitatis. conspyracyon. f.t.
Conspicuo/is/ui/utum. to spytte. a.t.
Consputus. a/um. spytted. o.s.
Constabularius/rij. a constable. m.s.
Constabulo/as. i. ponere equos in stabulo. to put horses in to the stable. a.p.
Constantia/ne. anglice stablenesse/or a stedfastnesse. f.p
Constans/tis. anglice stable/or abydynge/or stedfaste. o.t.
Constās/tis. nomē ꝓpriū imꝑatoris. m.t
Constanter. anglice stably. aduer.
Constantinopolis. est quedam ciuitas in grecia. constantynople. f.t.
Constantinopolitans/a/um. de illa ciuitate existens. o.s.
Constat/bat. it is open. In equiuocis. or knowen. impsona.
Consto/as/titi/stitū. ꝑtinet adpreciari ita querimus. quanti constat hoc. to cost. n.p
Constellatio/onis. id est signum stelle. anglice a constellacyon. f.t.
Consternatus/a/um. i. territus/conturbatus/consternatus proprie mente. status vero corpore. ouercast/or agaste. o.s.
Consterno/nis/straui. i. simul sternere. anglice to ouercome. a.t.
Construor/aris. i. mente deficere/terrere: stupefacere/cadere/ examine esse/aliquo timore: vel onere. anglice to be madde/or agast/or to swowne. d.p.h°.
Tu consternaris defectum si patiaris.
Mēte sed onere cōstrueris immoderato.
Constipare. i. condensare/circūdare/congregare/conuallare/repellere/componere/protegere: vel fulcire. or to stoppe togyder. Tor/trix/et tio. verbale. a.p.
Constipulor/aris. i. interrogare. Tor/trix et tio. to aske/or questen. d.p
Constitutio/onis. an ordynaunce. f.t.
Constituo/is. i. ordinare vel terminum ponere. to ordeyne. a.t.
Consto/as/steti/statum. id est constitui/ vt domus stat ex tecto et pariete et fundamento constituitur: et est perseuerare vel certum esse. anglice to be buylded to be worth/or to be. n.p. h°.
Consto notans maneo vult vtrobiq3 locari.
Cum casu recto sed cum notat appreciari
Sexto vel genito tibi rite potest sociari.
Esse palam notans persona vult spoliari.

Cum nemo casu possit tunc communicari
Constructio/onis. a makynge/or a construynge/or exposycyon. f.t.
Constructiuus/ua/uum. et hic ⁊ hec constructibilis:et hoc le. o.s.
Constructꝰ/a/um.i.simul structus.anglice made/expowned. o.s.
Construo/is/uxi.i.simul construere.anglice to make/or construe. Tor/trix/⁊ tio.n.t
Constupro/pras.lye by maydens a.p.
Constupror/aris.idem est. d.p
Consubstantia.i.vna substantiua f.p.
Consubstantialis et hoc le.id est eiusdem substantie. o.t
Consueo/es.i.solere.to be wonte. n.s.
Consuesco/cis.id est consuetudinem facere. inchoa.
Consuetudo/inis. anglice to wonte/or a custome. f.t.
Consuetus/a/um.anglice wonte. o.s.
Consul/lis.anglice a conseller. m.t.
Consularius.idem est. o.s.
Consulatus/us/ui.⁊ hic et hec consularis et hoc re.i.dignus consulatu. m.q̄
Consulo/is/ui/ultum.to gyue coūsell/or to aske counsell. a.t.n.
Consulo te/posco tibi/consulo consiliū do.
Consulto/as.i.frequenter consulere.
Consultatio/onis.i.consilium. f.t.
Consultor/oris.an asker of counsell. m.t.
Consultus/ti.a gyuer of coūsell. m.s.nꝰ.
Consultor rogitat:consultus consiliū dat.
Consultor poscit qđ consultus bene noscit
Consultus/a/um.wyse in counsell. o.s.
Consummatio/onis.i.conpletio.to make an ende.sed consumptio.i.deuastatio.anglice a wastynge. f.t. vñꝰ.
Cōsummare mea volo:sed ꝯsumere nolo.
Consummatus/a/um.i. ad finem perductus/vel completus.fynysshed. o.s.
Consummator/oris.i.perfectus vel finiēs anglice to make an ende. m.t.
Consummo/as.i.perficere/complere/finire/ad effectum ducere. Tor/trix/⁊ tio verbale.to make an ende. a.p.
Consumo/is/psi/ptum.to waste.prođ.su. Tor/trix/et tio/verbale. a.t
Consumptio/onis.wastynge. f.t.
Consumptus/a/um.wasted. o.s.
Consumptus/ptus/ptui.Et consumptio.idem est:sed deuastatio est expensio inutilis.anglice a wast cost. m.q̄.
Consumptor/oris.id est expenditor inutilis.anglice a waster. m.t.
Consuo/is/ui/utum.i.simul suere/farcire.anglice to sowe togyder a.t.

Consutia/tie.a sowynge togyder. f.p.
Consutilis et hoc le.id est consutus.anglice subtyll sowed. o.t.
Consutum/ti.a seme of nedel werke. n.s.
Consutus/a/um.anglice sowed o.s.
Consuetus/a/um.i.assuetus.wonte. o.s.
Consuetudo/inis.a wonte/or a custome.
Contabeo/es/ui.i.p totū corpus putrere/vel iuxta cor tabere.to corrupte. n.s.
Contabesco/cis.inchoatiuū.prođ.ta. n.t.
Contabulo/as/ui.diminutiuum. a.p.
Contactus/a/um.i.simul tactus. anglice a touchynge togyder. o.s.
Contagium/gij.a beestes euyll/or spot.i.labes/putredo/lues/vel morbus pecorum vel ouium. n.s.
Contagiosus/a/um.i.sordidus aliquis patiens infirmitatem. o.s.
Contamino/as. deturpare/inhonestare/maculare/polluere.to make foule. a.p.
Contexto/as.i.numerare/dicere/cōfirmare.to nombre/or telle. a.p
Contego/gis/exi.i.cooperire/defendere/cor.te.in pñti.to couer/or defende. a.t.
Contemno/is/psi/ptum. to despyse.vilipendere/aspernari. a.t.
Contemplatio/onis.contemplacyon. f.t.
Contemplatiuus/a/um. qui moratur in contemplatione vel ad contemplationem pertinens.a contemplatyf man. o.s.
Contemplor/aris.i.videre/perspicere. to beholde. Tor/trix/et tio.verbale. d.p
Contemnosus/a/um.full of stryf o.s.
Contemporaneus/a/um.anglice in tyme/id est cum tempore veniens. o.s.
Contempero/as.i.simul tempus ducere/vel simul temperiem facere/vel in tempore viuere.to dryue the tyme. n.p.
Cōtemptibilis ⁊ hoc le.i.cōtemptus habilis venit a contemno.to be dyspysed. o.s.
Contemptus/us/ui.a dyspysynge. m.q̄.
Contemptus/a/um.dyspysed. o.t.
Contendo/dis.i.litigare:vel simul tendere/extendere.to stryue n.t.
Contentio/onis.i.pugna/disceptatio.anglice fyghtynge/or chydynge. f.t.
Contentiosus/a/um. full of stryfe/or debate.id est litigiosus. o.s.
Contento/as. to stryue often.i.contentū facere:vel frequenter contendere. a.p
Contentus.a/um.chyded. o.s.
Contentus/a/um. id est patiens/sufficiens.anglice appayde/or contente. o.s.
Contenebro/as.id est obscurare.to make darke. inc.
Contenebrasco/cis. inchoa.

C ante o.

Conterebro/as.i.perforare. Tor/trix/et tio/ verbale. to rente or tere. a.p.
Contermino/as.anglice to ende togyder Tor/trix/et tio/verbale. a.p.
Conterminus/a/um.of one ende.i.vicin⁹ coniunctus. o.s.
Conternans/antis.est ille qui est in cõplexioné tertij anni. o.t.
Contero/is/triui. to breke/ or defoule.simul terere.to tere. a.t.
Cõtestatio/onis.i.adiuratio/ exhortatio. to wytnes f.t.
Contestor/aris.i.simul testare/adiuuare/ exhortari/vel firmiter asserere.anglice to bere wytnes. Tor/trix/et tio/verbale. at⁹ a/um.pertinens d.p.
Contexo/is/xui.to weue togyder. a.t.
Contextus/a/um.anglice weue. o.s.
Conticio/es/ui/itum.i.simul tacere/ silere nichil proferre.cor.ti. n.s.
Conticesco/cis.inchoatiuum.i.simul incipere tacere. n.t.
Cõticiniũ/nij.the styll tyme of the nyght. pars noctis dr bene cuncta silent. n.s.
Contiguatio/onis.i.tignorum cõiunctio/coaptatio in edificio. f.t.
Contiguus/a/um.i.vicin⁹/proxim⁹. o.t.
Contiguitas/atis.i.vicinitas f.t.
Contigua est quorum vltima sunt simul.
Continua est quorum termin⁹ idẽ et vn⁹ est
Continellus/li.a swete apple tree. f.s.
Continellum/li.a swete apple. n.s.
Continẽtia/e.stablenes or chastyte f.p.
Continens/tis.stable or chaste n.t.
Contineo/es.i.simul tenere/habere/gerere vel caste viuere. a.s.
Continenter.i.caste:etiam significat continue.chaste/or contynuelly. aduer.
Contingo/gis/tigi.i.simul tingere.to happe or touche togyder. a.t.
Cõtignuo/as.i. tigna facere vel iũgere.to make or Joyne sparres of an house. n.p.
Continuo/as.to drawe togyder. Tor trix et tio verbale. a.p.
Continue.i.cito/statim/ anone. aduer.
Continuus/a/um.anglice nygh without partynge. o.s.
Contiquia/quie. anglice gaderynge waters.imbrium collectio. f.p
Contor/aris.i.aliquid cum conto perquirere vel scrutari. anglice to serche/or aske. d.p. versus.
Contor scrutãdo cunctor quoque morando.
Contorqueo/es/si/ sum/ vel tum.cum tormento cruciare:vel simul torquere/flectere voluere/mittere/vel maculare. o.s.

Contra.i.aduersum. agaynste prepo.
Contractio/ onis. a drawynge togyder. collectio constrictio. f.t.
Contractus/ us/ ui. anglice a contract. m.q̃.
Contractus/a/um.drawen. o.s.
Contraho/ is/ xi.id est simul trahere. Colligere/cõstringere/abbreuiare/ vel decultare.to drawne togyder. a.t.
Contradico/cis.to agayne saye a.t.
Contremo/is/ui.to quake togyder n.t.
Contremisco/cis.inchoatiuum. n.t.
Contribulare.i. simul molestare. anglice to trouble. a.p.
Contribulor / aris. id est totus tribulor. Tor/trix/et tio. d.p.
Contribulus/li. de eadem tribu genitus. prod.bu.of one kyndred. c.s.
Contribularis et hoc re.idem est. o.t. versus.
